

xxvi.

Non eo ipso quo electores uel maior pars eorum cōsenserit uiua uoce secundū ritum hominum in personam aliquā, eo ipso illa persona est legitime electa, uel eo ipso est uerus & manifestus uicarius, uel successor Petri apostoli uel alterius apostoli in officio ecclesiastico. Vnde siue electores bene uel male elegerint, operibus electi debemus credere. Nam eo ipso quo quis copiosus operatur meritorie ad profectum ecclesie, habet à deo ad hoc copiosus potestatem.

xxvii.

Non est scintilla apparentiæ, quod oporteat esse unum caput in spiritualibus regens ecclesiam, quod semper cum ipsa militante ecclesia conuersetur & conferuetur.

xxviii.

Christus sine talibus capitibus monstruosis, per suos ueraces discipulos sparsos per orbem terrarum, melius suam ecclesiam regularet.

xxix.

Apostoli & fideles sacerdotes domini strenue in necessarijs ad salutem regularis ecclesie, antequam papa officium foret introductum: sic facerēt, deficientē per summe possibile papa usq; ad diem iudicij.

xxx.

Nullus est dominus ciuiliſ, nullus est prælatus, nullus est episcopus, dum est in peccato mortali. Subsequenter fuit lecta per eundē episcopum Concordienſem sententia, condemnando illum articulum, Quilibet tyrannus &c. Et fuit responſum per deputatos nationum quatuor, præſidentem, & regem, placet. Item fuit lecta per dominum Stephanum episcopum Dolensem scheda, contra impeditores uenientium ad concilia generalia.

¶ Condemnatio illius propositionis, Quilibet tyrannus.

Præcipua sollicitudine uolens hæc sacrosancta synodus ad extirpationem errorum & heresum in diuersis mundi partibus inualescentium prouidere, sicut tenetur, ad hoc collecta est: nuper accepit, quod nonnullæ assertiones erroneæ in fide & bonis moribus ac multipliciter scandalosæ, toriusq; reipublicæ statum & ordinem subuertere molientes, dogmatizatae sunt, inter quas hæc assertio delata est: Quilibet tyrannus potest & debet licite & meritorie occidi, per quemcunque uisillum suum uel subditum, etiam per clanculares insidias & subtiles blanditias uel adulationes, non obstante quocunque præſtito iuramento seu concesseratione factis cum eo, non expectata sententiâ uel mandato iudicis cuiuscunque. Aduersus hunc errorem satagens hæc sancta synodus insurgere, & ipsum funditus tollere, præhabita deliberatione maturata, declarat, decernit & diffinit huiusmodi doctrinam erroneam esse in fide & in moribus, ipsamq; tanq; hæreticâ, scâdalosam, & ad fraudes, deceptiões, mædacia, pdficiones, periuriâ uias dantem, reprobât & condemnat. Declarat insuper, decernit, & diffinit, q; pertinaciter doctrinam hanc perniciosissimam asserentes, sunt hæretici, & tanquam tales, iuxta canonicas sanctiones puniendi.

¶ Constitutio concilij contra inuasores seu spoliatores accessentium & recedentium à concilio.

Sacrosancta generalis synodus Constantienſis. uniuersalem ecclesiam representans, in spiritu sancto ad extirpationem schismatis hæresumq; & errorum, necnon ipsius ecclesie in capite & in membris debitam reformationem legitime congregata, ad futuram rei memoriam. Iustitiam & æquitatem exerceri non dubitatur, si quos noxiâ uoluntatis adeo captiuat peruersa intentio, quod processibus apostolicis impudenter obuantes, autoritatem sanctionis canonicæ contemntes, in aliorum prolabuntur iniurias & offensas, ecclesiastica censura percellat, & pro demerito culpæ, rigorem adhiæat iudiciariæ potestatis. Nam si quilibet per campum licentiæ, strenuo deposito modestiæ, uagaretur impune, facile quisque sciret in proximum, & neruus disciplinantis iustitiæ rumpetur. Sane licet nonnulli Romani pontifices, antiquos

Roma